

dompno Iacobo olim quondam Galganum nepotem suum legasse in ultimis suis dicte Ecclesie sancte Marie de episcopio pro remedio anime sue pro faciendo in ea anno quolibet anniversarium ipsius Galgani Uncias auri Tres pro emenda domo una in eadem Ecclesia. Qui predictus Iudex francus predictum legatum *etc.* exequi volens eidem dompno Iacobo . . . . . nomine et pro parte ipsius ecclesie ac dictorum vicarii et Capituli assignavit et tradidit Domum unam suam sitam in pictagio sancte Marie Civitatis Baroli . . . . . fines iuxta domum Margarite matris eiusdem qd. Galgani iuxta aliam domum suam iuxta viam publicam et si qui alii sunt confines ut ipse dompnus Iacobus . . . . . ecclesie ac dictorum vicarij ac Capituli percipiat et habeat anno quolibet Pecuniam pensionis domus ipsius donec per eundem Iudicem francum de dictis unciis Tribus . . . . . alia ematur et empta assignetur eidem dompno Iacobo nomine q. s. *etc.* Et predicta Ecclesia lucrifaciat donec tenuerit et possederit *etc.* In cuius rei testimonium *etc.* Quod scripsi ego predictus Robertus puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Iohannes de Leone q. s. Iudex. (*Segue il segno*).

† rogerius f. Iohannis beneventi testatur.

† Ego marcucius de dopna chura specialis testis sum.

† Ego Ranaldus petro (*sic*) de mangano testis.

† Matheus de Nofrio testatur.

## N. 71.

A. D. 1319

(13 aprile; Indiz. II)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale ( <i>olim</i> S. Chiara).
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Iohannes de magistro Francisco not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,39; larg. m. 0,23. Macchiata in vari punti, con uno strappo nel lato sinistro.
<i>Scrittura</i>	Gotica molto sbiadita.
<i>Contenuto</i>	I coniugi <i>Magister Ypolitus, buctarius, f. qd. magistri Mathei buctarii et Sibilia mulier, f. qd. Guillelmi tartallioni</i> , donano <i>pro anima</i> al Monastero di S. Chiara di Barletta 7 vigne, <i>in cluso Marangii</i> ed una casa con due fosse, <i>in pictagio sancti Sabini</i> , col diritto all'usufrutto, lor vita durante.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri ihesu christi Millesimo Trecentesimo nonodecimo Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno decimo Mense aprilis die tertiodecimo eiusdem secunde Inditionis apud Barolum. Nos Magister ypolitus buctarius f. qd. magistri mathei buctarii et sibilia mulier f. qd. Guillelmi tartallioni vir et uxor barolitani Cives Revolventes illud in oculis nostre mentis quod inter cetera remedia quibus humani fragilitati consulitur et virtutum opera quibus suo coniungitur anima creatori helemosina proponitur et caritas optinet principatum *etc.* (*in questo modo la pergamena continua con una dicitura ugualissima a quella del 3 Nov. 1317 N. 65*).